

Entdeckung ihrer Vorlage die Möglichkeit erhalten, Benzo bei der Benutzung eines andern Textes zu beobachten. Aus dem „Saßischen Ordo“ ist bei ihm der folgende Bericht geworden¹⁾:

Cap. 9. Roma minoratur, prohelempsis²⁾ ni celebratur,
Junctis quinque viris, caput gestamine miris.³⁾

Processio vero Romani imperatoris celebratur talibus modis: Portatur ante eum sancta crux grvida ligni dominici et lancea sancti Mauricii. Deinde sequitur venerabilis ordo episcoporum, abbatum et sacerdotum et innumerabilium clericorum. Tunc rex indutus bysino poder⁴⁾, auro et gemmis inserto, mirabili opere, terribilis calcaribus aureis, accinctus ense, adopertus frisia clamide, imperiali veste, habens manus involutas cyrotecis lineis cum anulo pontificali. glorificatus insuper diademate imperiali,

Portans in sinistra aureum pomum,
Quod significat monarchiam regnorum⁵⁾,
In dextera vero sceptrum imperii
De more Julii, Octaviani et Tiberii⁶⁾;
Quem sustentant ex una parte papa Romanus,
Ex altera parte archipontifex Ambrosianus.
Hinc et inde duces, marchiones, et comites,
Et diversorum procerum ordines.

Sic imperator incedit ad processionem; nulla humana lingua potest explicare talem gloriam tantumque honorem. Retro vero secuntur quinque viri, diversa clamide et patrialibus circulis redimiti.⁷⁾ O Domine, quid est homo, quia magnificas eum, et apponis erga eum cor tuum⁸⁾, tribuens ei regere totum mundum? Custodi ergo opera miscericordiae

¹⁾ Wiederholt nach dem Druck in MG. SS. 11, 602f.: lib. 1 c. 9—12 (nach dem Autograph, jetzt in Upsala.) Sperrdruck kennzeichnet die wörtlich entlehnten Teile.

²⁾ p. = προέλευσις (so schon MG. a. a. O.).

³⁾ Vgl. zu dieser Stelle Schramm, Renovatio a. a. O. 1, 266.

⁴⁾ Vgl. die Bibel; Vorlage: veste.

⁵⁾ Ähnlich die Graphia (nach Isidor), aber auch andere Autoren; s. Schramm, Renovatio a. a. O. 2, 99.

⁶⁾ Die Graphia führt Isidor folgend das Szepter auf Scipio zurück; vgl. ebda. S. 98.

⁷⁾ Vgl. oben Anm. 3.

⁸⁾ Hiob 7, 17.